

# Franckesche Stiftungen zu Halle

**Pauli Manutii Epistolarum Libri XII**

**Manuzio, Paolo**

**Lipsiæ, Apud Johann. Herebord. Klosium, Anno 1707.**

**VD18 11417161**

Iacobo Grifolo, Romam. Epist. XLI.

---

#### **Nutzungsbedingungen**

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

#### **Terms of use**

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

quæ et si me incredibiliter delectant, textæ verbis  
elegantissimis, plenissimæq; amoris, & suavitatis: ta-  
men ego te meâ cù usâ à gravissimis studiis ad nugas  
vocari nolo. Satis me habere abs te putabo, si &  
meas tibi esse redditas, & tibi, ut cupimus, esse in-  
tellexero. Utrumq; Octavius noster, qvòd & tui  
studiosissimus est, & nostri amantissimus, cum li-  
benter, tum diligenter efficiet. Vale. Venetiis.

## JACOBO GRIFOLO, ROMA M.

### EPIST. XLI.

*Respond. officiosa epistole Grifoli, & quanquam is  
prior scrips erit, non tamen se concesserunt ait, ut in a-  
mando vincatur: Deinde causam affert, cur passus fit,  
se in hoc officio ab ipso anteverti. Tertiò rerum suarum  
statum meliorem esse scribit, quām fuit. Quartò Cice-  
ronem se maximā diligentia editurum promisit, licet o-  
mnes mendas nequeat tollers. Deniq; hortatur illum ad  
crebras literas scribendas.*

*Form. Promittendi aliquid, sed cum conditione. Hoc  
de me spondeas &c. (A)*

*Form. Scribere de rebus vovis. Ibi. Omnia qui  
hic sumus, ea ratio fit. (B)*

**Q**uod tu, homo occupatus; prior ad me literas  
misisti; hoc sanè es assecurus, ut officii plus a-  
pud te residere confitear; illud assequi nequaquam  
potuisti, ut amoris plus, quām in me est, in te esse,  
concedam. Atque ergo in officio quidem passus  
essem

essem ut ante verteres, nisi me scribere cupientem  
 non occupatio mea, quæ tamen summa est, sed cura  
 tuorum mandatorum impedisset. Scis, antè quam  
 discederes, quæ de re sermonem inter nos habui-  
 mus; cum tu, ut eam susciperem, à me petens o-  
 stendisti, quantum & fidei, & diligentia tribueres  
 me. In quo ego opinionem tuam ne fallerem, o-  
 peram dabam. Itaq; te profecto, cum intelligerem,  
 quantum damni fecissem, adempta mihi duæ con-  
 suetudinis usus: cumq; id omnino literis mitten-  
 dis resarcire vellemen; tam diem è die exspectans;  
 ut aliquid ad te de tuo negotio, cuiusmodi tu vel-  
 les, possem scribere, in maximo desiderio mea susti-  
 nebam. Nunc, quoniam ejus rei ne vestigium qui-  
 dem apparet in epistola tua; sive quod, à quo tem-  
 pore discessisti, ut illud consilium abjeceres; ratio-  
 nes tuæ tulerunt; sive quod, eodem animo cum ef-  
 fes, committere, tamen literis nihil voluisti, quod  
 elatum nocere tibi posset: puto me non incommo-  
 dè esse facturum, si, quam tu rem in tuis literis in-  
 tactem omisisti, ego item in meis silentio præter-  
 mittam. Quod scire vis, rerum mearum status hoc  
 tempore qui sit: ne te multis moreris, is est, quem  
 reliquisti; paulo etiam melior, quam reliquisti. Nam  
 & domestica quædam sanavimus; & euim, de cuius  
 acerbitate queri solebam, ita facilitate quadam no-  
 stra, atque obsequio mitigamus, ut penè dulcis  
 esse videatur. De Ciceronis editione, (A,) hoc de-  
 me spondeas, atque etiam in te recipias licet, ut di-  
 ligentia, confirmes, me non esse usurum multò mi-  
 nore, quam qui in hoc genere laudantur. Hactenus  
 con-

confido fore, ut præstem; & præstabo certè, nihil ultra. Mihī enim tantum non arrogo, nec arrogare debo, ut, qvemadmodum scribis, eas fôrdes, qvibus veterum scripta sunt fôdata, putem omnes eluere me posse. Magni id esset ingenii, magni iudicij: qvibus ego rebus & indigeo, &, si abundem, sine liberis tamen antiquis nihil audeam, Quid mihi sunt omnino multi; sed neq; qvot vellem, neq; cùjusmodi. Conjecturæ autem intellexi, & didici, qvam sâpe sint fallaces. Neq; ve bonos libros illa, magis labes inquinavit. Qvibus nunc in veterem splendorem, atq; ve integratōm restituendis, plurimum mihi est negotii, & erit, ut puto, post me multis: ut inde laudis materies deesse nunquam possit. Te; rogo, ut antiquiorem librum, sicuti istic esse reseiveris, si prece ipse, aut pretio non potes, a litorum auferas gratia. Literas autem, qvam valde me amas, tam sâpe mittes. Nam & orii puto te habere: quantum velis; & argumentum Romæ venti deesse non potest. Mihī utrumq; ve minus est. Magnis enim districtus occupationibus, tempori ad scribendum non habeo satis. (B) Argumentum autem unde sumam, cum omnium, qvi hic sumus, eoratio sit, ut, rerum novarum si quid aliunde ad nos affluxit, de eo nec scribere, nec loqui sine gravi periculo possimus? Relinqvitur, ut privatis de rebus possim scribere. Sed hoc qvoq; ve genus vereor, ne me deficiat. Raro enim solet accidere, qvod scriptione dignum sit. Qvapropter, qvoties ita eveniet, ut à negotiis liceat discedere; properabo statim ad epistolās. Qvod eò libentius faciam, si tu mihi sen-